



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoria**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XLIX. Signum crucis in palatio, & imago Danielis in fontibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

αυτῶν βασιλικῶν παρείχε τὴν ἑξουσίαν, ἡ δὲ πρῶτος καὶ πρῶτος ἐκείνην καὶ γνώμην, ὅπως ἀνέδεικτο καὶ ὡς ἀνὴρ ἐχρὴν αὐτῇ νομίζοντα ἔκαστα. Ὁ παῖς αὐτὴν καὶ τοῖς δια-  
 τρεπῇ καὶ ἀξιοζήλωτον πεποιημένου διὰ τῶν  
 εἰς αὐτὴν μνήμην ἀναφερθέντων, καὶ ταῦτ' εἰκό-  
 τως ἡμῖν ἀνεῖληπται, ἃ δὲ δι' οὐδεῖας ὑπεβο-  
 λῆναι μνῆρας ἡμῶν, θεομὸς ἀπεπλήρου θεί-  
 ος, ἀμφὶ γονέων ἡμῶν τὰ πρὸ πάντων διατάττο-  
 ντες. ἅς μὲν οὐκ ὀλιχθεῖσας φιλοκαλίας,  
 βασιλεὺς πρὸς τῷ παλατιῶν ἔσται τόνδε  
 σωτηρὸν τὸν τρέπον καὶ κατὰ πάσας δὲ ἰσ-  
 τρίας νεοπαγεῖς ἐκκλησίας ἡπισκοπά-  
 ζων, μακρῶ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν ἀπέ-  
 φανος.

## Κεφ. ΜΗ.

Ὅπως ἰν Κωνσταντίνου Πόλιν μαρτύρια μὲν ὠκοδόμησε,  
 πᾶσαν δὲ εἰδωλολατρίαν περιέλει.

Τὴν δὲ γὰρ ἐπὶ τὸν μὲν αὐτὴν πόλιν ἐξόχῳ ἡμῶν  
 γεγραμμένων, ἐκτελέσειεν πλείοσιν ἐφ' αὐτῇ,  
 μαρτυρίαις τε μεγίστοις καὶ περὶ φανερά-  
 τοῖς οἰκοῖς. τοῖς μὲν πρὸς τὸν αἶθερα τοῖς δ'  
 ἐν αὐτῇ τυγχάνουσι δι' ὧν οὐκ ἔστι καὶ τῶν  
 μαρτύρων μνήμας ἐτίμα, καὶ τὴν αὐτὴν πόλιν  
 τῶν μαρτύρων καθ' ἑαυτὴν θεῶν. ὅλη δ' ἐμ-  
 πνέει θεοῦ σοφίας, ἣν τῆς ἐπιγορεύσεως τῆς  
 αὐτῇ πόλιν ἐπὶ τὸν μὲν ἀποφθίνα ἔκρινεν, κατα-  
 ελέειν εἰδωλολατρείας ἀπάσης ἐδικαίον. ὡς  
 μηδαμῶς φαίνεσθαι ἐν αὐτῇ, τῶν νομιζο-  
 μένων θεῶν ἀγάλματα ἐν ἱερῶν θεοσκευά-  
 μενα, ἀλλ' ἐδὲ βωμοὺς λύθρου αἱμάτων  
 μαινομένους. οὐ θυσίας ὀλοκαυτούμενας  
 πυρὶ. οὐ δαιμονικάς ἐροτάς, ἐδ' ἑτέρῃ τι τῶν  
 σωτηρίων τοῖς δὲ σιδαίμοσιν.

## Κεφ. ΜΘ.

Σταυροῦ σημεῖον ἐν παλατίῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν κρήναις.

Εἶδες δ' ἂν ὅτι μεσῶν ἀγορῶν κειμέναις  
 κρήναις, τὰς καλοῦσι ποιεῖν σύμβολα,  
 τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λογίων ὁρμωμένοις γνώρι-  
 ματον τε Δανιὴλ σὺν αὐτοῖς λείουσιν ἐν χαλ-  
 κῷ πεπλασμένον, χρυσοῦ τε πετάλοις ἐκλάμ-  
 ποντα. τοσοῦτος δὲ θεὸς ἔξω τῷ βασιλεῶς  
 κατελήφθη ψυχὴν, ὡς τοῖς ἀνακτορίοις τῶν βα-  
 σιλέων κατὰ τὸν πάντων ἐξοχώτατον οἶκον, τῷ

A Quinetiam thesaurorum regaliū potestatem ei Constantinus concesserat, quibus pro arbitrio & ex animi sui sententia, prout libitum esset uteretur. Nam & in hac parte matrem suam conspicuam & beatam omnium iudicio reddidit. Quocirca ex iis quæ ad memoriam illius illustrandam pertinent, non immerito hæc etiam assumpsimus, quæ Imperator pro singulari suæ pietate in honorem matris suæ gessit, dum divinis obtemperat legibus, quæ filiis debita in parentes officia inungunt. Huiusmodi pulcherrima opera in Palæstina Imperator, uti diximus, extruxit. Sed & in reliquis provinciis novas à fundamentis ædificans Ecclesias, multo augustiores quàm quæ antea erant, effecit.

## CAPUT XLVIII.

Quomodo Constantinopoli martyria construxit, omnemque idolorum cultum abolevit.

Cum verò civitatem nominis sui ad summam gloriam extollere institisset, plurimis eam oratoriis exornavit, amplissimisque martyriis & splendidissimis ædibus, partim in suburbiis, partim in ipsa civitate constructis. Atque hoc modo simul martyrum honoravit memoriam, simul civitatem suam ipsi martyrum Deo consecravit. Totus denique sapientia Dei exarsuans, urbem illam quam appellatione nominis sui insignire decreverat, omni idolorum cultu usque adeo vacuum esse voluit, ut nusquam in illa falsorum Numinum simulacra in templis colerentur; ac ne aræ quidem victimarum cruore contaminatæ, nec hostiæ igne consumptæ cernerentur; nec dæmonum festivitates, nec quidquam eorum quæ apud superstitiones vulgata sunt, ibidem ageretur.

## CAPUT XLIX.

D Signum crucis in palatio, & imago Danielis in fontibus.

Vidisses igitur in fontibus qui sunt in medio foro, boni pastoris imagines, divinatorum oraculorum peritis notissimas; Danielis item effigiem unam cum leonibus aræ expressam, & auri bracteis refulgentem. Tantus porrò divini Numinis amor Imperatoris animum occupaverat, ut in totius palatii eminentissimo cubiculo, in maxima tabula, quæ in

SS ij



medio lactinatis inaurati expansa est, si-  
gnum Dominicæ passionis ex auro pre-  
tiosisque lapidibus elaboratum infixe-  
rit. Atque hoc tanquam præsidium ac  
tutelam Imperii, piissimus Princeps  
statuisse mihi videtur.

## CAPUT L.

*De Ecclesiis quæ Nicomedia & alibi  
exstruxit.*

**H**is igitur ornamentis civitatem  
nominis sui decoravit. Urbem  
verò primariam Bithyniæ, pulcherrimæ  
& magnificentissimæ Ecclesiæ monu-  
mento exornavit, erectis proprio sum-  
ptu in honorem Servatoris sui, eo etiam  
in loco tropæis victoriæ quam de hosti-  
bus & de adversariis Dei retulerat. In  
reliquis etiam provinciis, præcipuas ac  
nobilissimas quasque urbes oratoriorum  
magnificentia illustravit: exempli gra-  
tia urbem totius Orientis metropolim,  
quæ ab Antiocho nomen traxit. In qua  
tanquam in vertice omnium ejus regio-  
nis provinciarum, singulare quoddam  
opus, seu amplitudinem, seu decorem  
spectes, Deo consecravit. Quippe u-  
niversum templum longissimo extrin-  
secus ambitu circumscriptum. Interius  
verò basilicam ipsam ad summam ere-  
xit altitudinem: figurâ quidem octae-  
dri constructam; plurimis verò circum-  
quaque cubiculis & exhedris, & tam  
subterraneis locis quam solariis undique  
circumdatam. Quam quidem basili-  
cam auro plurimo & ære, aliisque pre-  
tiosis speciebus copiosissime exorna-  
vit.

## CAPUT LI.

*Quod in loco dicto Mambre, Ecclesiam  
edificavit.*

**E**t hæc quidem sunt præstantissima  
monumenta, quæ Imperator Deo  
consecravit. Cum autem didicisset il-  
lum ipsum Servatorem, qui nuper in  
terris versatus fuisset, jampridem vi-  
ris quibusdam Dei amantissimis præ-  
sentiam Divinitatis suæ in Palæstina ex-  
hibuisse juxta Quercum quæ dicitur  
Mambre, illic etiam basilicam ædifi-  
cari præcepit. Proinde ad Rectores  
quidem provinciarum, missa est Im-  
peratoris auctoritas; datis ad singulos  
literis quibus jubebatur, ut injunctum  
sibi opus, ad exitum perducere matu-  
rarent. Nobis verò qui hanc historiam  
scribimus, plenam sapientiæ direxit

Α πωρς τῶ ὀρόφῳ κεχρυσωμένης ὡς ἄντα  
κτὶ τὸ μεσάιτατον, μέγιστε πίνακος ἀντιπα-  
νε, μέδον ἐμπειπῆχθαι τὸ ὅσων τῶν πρὸς  
σύμβολον, ἐκ ποικίλων συγκείμενον ἐπι-  
τελῶν λίθων, ἐν χρυσῷ πολλῷ κατεργασ-  
των. Φυλακήμενον ἐδόκει τῷτο αὐτῆς βα-  
λείας τῶ θεοφιλεῖ πεποιθῶς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ὅτι καὶ ἐν Νικομηδίᾳ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἠδὲ καὶ  
ἐκκλησίαις.

**Τ**ούτοις μὲν οὖν τὴν αὐτὴν πόλιν ἐκκλη-  
σίαν τὴν ὁ βιθυνῶν ἀρχεσσαν, ὁμοίως ἐ-  
ναθήματι μεγίστης καὶ ὑπερφύσης ἐκκλησίας  
ἐτίμα. ὅς οἰκείων θησαυρῶν καὶ ταύθαι τῶ  
τῷ ζωτῆρι τὰ κατὰ ἐχθρῶν καὶ θεομάχων ἀν-  
ψῶν νικητήρια καὶ τῶν λοιπῶν δ' ἐθνῶν τῶν  
μαλιστα κραυγὴς εὐσεβίας πόλεις, ταῖς τῶν  
ἐκκλησιῶν φιλοκαλίαις ἐκπέσπειν ἐποιήσατο.  
ἅπασιν οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνατολῇς μεσοπο-  
λεως, ἥ τὴν ἐπ' αὐτὸν μόνον εἰληφεν Ἀντιόχεια τῆς  
σηγορίας. ἐφ' ἧς ὡς ἐπὶ κεφαλῆς τῶν τῶν ἐ-  
θνῶν, μονογῆρες πηχεῖμα ἐκκλησίας, μετὰ  
ἐνεκα καὶ καλῆς ἀφιερέας μακροῦς μὲν ἐξ  
ἐκκλησιῶν τὸν πάντα νεῶν περικαλῶν εἶναι  
τὸν ἐκκλησιῶν οἶκον, εἰς ἀμύχανον ἐπάρας  
ψος. ἐν ὅλῃ αἰσθῶν μέντοι νεῶν ἀφιερέας  
δὲ πλείους, ὅς ἐδραῖς τε ἐν κύκλῳ, ὑπὸ τῶν  
καὶ κατὰ εἰδὼν χωρημάτων ἀπὸ τῶν ἀπὸ  
σοιχισμένων οὐ καὶ χρυσῷ πλείονος ἀφιερέας  
χαλκῷ τε καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν πολυτέλεις ἵστας  
σεφάνης καλλέσει.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ.

Ὅτι καὶ ἐν τῇ Μαυρίᾳ ποσὸν ταχὺ ἐκκλησίαις ἠδὲ καὶ

**Τ**ὰδε μὲν οὖν τὰ ἐξ οὐχότατα βασιλεὺς  
ἐτύχαιεν ἀφιερώματα πυθόμενοι τῶ  
τοῖ ἐνα καὶ τὸν αὐτὸν σωτῆρα, τὸν τε ἐνα-  
χῶ ἐπιφανέντα τῶ βίῳ, καὶ περὶ τῶν  
θεοφανείας πεποιθῶν φιλοθείας ἀνδο-  
τῆς Παλαιστίνης ἀμφὶ τὴν καλεσμένην οὖν  
Μαυρίαν, κἀνταύθα οἶκον ἐκκλησιῶν ἀν-  
γείρειν τῶ ὀφθέντι θεῷ διακελεύεται. τῶ  
μὲν οὖν τῶ ἐθνῶν ἀρχεσσαν, ἀνθεῖστα βα-  
σιλικὴ διὰ τῶν πρὸς ἑκάστον ἐπισταλθέντων  
γραμμάτων ἐπεφοῖτα, εἰς πέρας ἀγαγὼν  
τὸ πρὸς αὐτὸν διακελευομένη ἡμῖν δὲ τῶν  
τὴνδε γράφει τὴν ἰσορίαν, λογιζομένη